



Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

56. & 57. Triplex via ad Deum, quam monstravit S. Ignatius de Loyola.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

Sive libret lanx una duos , seu ponderet unum.

Ponderis est paritas, tres tamen esse liquet.

N. Hi tres globuli carnei Spoleti visuntur , & quod mireris , si librae lanci duos impolueris , & alteri unum , nihil ad pondus adjicitur : tanti namque ponderis est unus , quanti duo , & tamen singuli sunt æquales. Boz. de sig. Eccl. l. 15. c. 3.

N. 2. Hæc Virgo fuit cœca cœnobij. Globuli sunt instar fructuum olivarum , fueruntque inventi in hepate ; in corde vero signum Crucis; eò quod in mysterio Crucis Christi & SSS. Trinitatis se multum ac valde devotè meditando exercuerit , & ad ejus clarum aspectum summè anhelaverit. Et Cost. in Dom. Trin.

SYMBOLUM 55.

Tres Coronæ S. Elisabeth.

S. Elisabeth cum tribus pingitur coronis , quod in tribus statibus pietatis laude celebris vixerit. Scilicet cœlibatu, conjugio , viduitate. Lipsius in D. Virg. Hallensi cap. 2.

Cur tua ter geminis sunt insignita corollis
Tempora; Pannoniae gentis Eliza decus ?
An quia virginei custos & amica pudoris ,
Candidat intactis prima corona thoris ?
Altera , dum jussis superaddita vincula tedis ;
Et viduæ : Trini munere texta Dei.

SYMBOLUM 56.

Triplex via ad Deum, quam monstravit S. Ignatius de Loyola.
scil. Purgativa , Illuminativa , Vnitiva.

SIgnavit Triadis flagrans Ignatius igne
Ter geminas , animus quæsis petat astra , vias.

Prima

Prima feros sedat motus, & criminā purgat;

Lucida virtutum passibus ire facit.

(a) Unitur Triadi tandem mens apta capaxquē,
Formæ materies ut solet apta suæ.

(a) In animi & ali tora S. Trinitas est præsens, non solum per charitatem, & sua dona;
sed & per se ipsam substantialiter & personaliter: ita ut si prius (per impossibile) non fuisset præsens per substantialiam, jam per justitiam & sanctitatem fieret substantialiter præsens. Ita post D. Thomam Theol. matii.

S Y M B . 57. de eodem.

(a) **I**Ncola quò cæli fias, sis incola cellæ,

Contritoquē, animæ vulnera, corde geras:

Dumquē illustantis mens Pneumatis & fluat igne,

Mox tibi divinus pectus aduret amor.

Una Dei quantum tunc unio pectora mutat!

Numine cum Trino spiritus (b) unus erit.

(a) Celi ac cellæ habitatio cognata sunt dicit noscere Pincharius ex S. Bern. Vesp. nupt. I.
3. cap. ultimo. (b) Unitas spiritus cum Deo, est similitudo Dei, ut pulchritudine docet S. Bern.
tratt. de vita solit. ame suam.

S Y M B O L U M 58.

Trina quotidie ejusdem Sancti flagellatio.

IAm dominæ carni juvat iniecisse capistrum,

(a) Eximiosquē sequi Religione Duces.

Pro lecto non mollis humus tibi lecta, voluptas

Est capiti fax um supposuisse tuo.

Offensa ut Triadis memor est, igne scit amore,

Et geminat quo vis terna flagella die.

(a) Idem Sanctus prestatuimus quoque in macerando corpore emulatus, postquam hunc cubile, lapis cervical grabuerat, ter quotidie flagellis in se acriter sevit. Ex imag. 1.
sat. soc. l. i. c. 6.

SYM